HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Seite 127r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit explanationum Isaiae prophetae liber. XII. Orodusque XIIII. libro.

Nullus tam imperitus scriptor est quin lectorem inueniat similem sui. multoque pars maior est. militia et fabellas reuoluentium. quam platonis libros. In altero enim ludus et oblectatio est. in altero difficultas. et sudori mixtus labor. Denique tu mecum de mundi armonia. astrorum cursu. et numeris disputantem. ipse qui interpretatus est tullius. se uinci legere consueuit. Testimonium autem grunnii corocotte pecelli. decantant in scolis puerorum. agnina cachinnantium. Igitur et nos luscinus lanuinus fruimur testibus. uno fautoribus suis. uincatque multitudine. quia forsitan uinci ingenio. Mihi sufficit paucorum testimonium. et amicorum laude contentus sum. qui in expetendis opusculis meis. amore nostri labuntur. et studio scripturarum. ac non nullos fore arbitror. qui hoc ipsum quod ad te eustochium sermonem facio. obtrectationum patere contendunt. non considerantes oldam et annam ac deboram. uiris tacentibus prophetasse. et inseruisse xpi. nequaquam differentia sexuum ualere spiritum. Duodecim quoque in esaiam explanationum liber hoc habebit exordium. Quare dicis iacob et loqueris israel. abscondita est uia mea a domino. et